EXISTENTIA PACTI CUM DÆMONE

CONTRA

IERUM, BECKERUM, CHRIST. THOMASIUM &c.

INVICTE PROBATA.

Ad Capp. I. & II. Tit. XXI. de Sortilegiis Lib. V. Decretal.

Magiam nigram & omnem cum malo Genio pactionem præter alios contra totius orbis judicium negant ac pernegant Franc. Ponzinibus JCtus Italus, Joann. Wierus Medicus Hollandus, Cornelii Agrippæ de commercio cum Styge su- ectissimi in pueritia Discipulus *in Tract. de Præstig. Dæm.* Reinaldus Scotus, nobilis glus in *detectione Art. Mag.* Balthasar Beckerus, Theologus Amstelodamensis in Mundo fascinato : & Christianus Thomasius, JCtus Halensis in *Thesibus inaug. de* mine Magiæ, in quibus Wieri rationes suas fecit. Contra quos in gemino præ- tis dissertationis capite agere constituimus : in priore quidem tenuem ratiun- arum levissimarum, quas negantes pacti Dæmoniaci existentiam congerunt, um- m dissipabimus : in altero autem eandem invictis argumentis stabiliemus. us tamen impium isthoc pactum pro clariori rerum intellectu paucis illustran- m existimavimus.

CAPUT I.

acti Dæmoniaci natura & varietas explicatur, & rationes illud negantium diluuntur.

. I. Pactum Dæmoniacum est hominis cum Cacodæmone conventio de aliquo ef- fectu ope stygia obtinendo. Duplex statuitur, sc. *formale* seu *explicitum*, *acitum* sive *implicitum*. *Formale* illud est, quod homo cum malo Genio in forma bili comparente sciens volensque contrahit, vi cujus haud raro (non semper) no paciscens Deo, Christo, ejusque Baptismo ac fidei abrenuntiat, seque Dia- o in perpetuum mancipium præstito singulari homagio devovet. *Tacitum* cele- ur, quando homo sine expressa pactione opem ab humani generis hoste petit, aliquid familiaritatis ac commercii pro obtinendo certo effectu cum illo habet, quod per usum superstitiosum rerum, verborum, rituum, per vanam obser- tiam rerum nihil ad finem conducibilium, vel implorando Magos, aut Pytho- consulendo, aliisque sexcentis modis fieri solet.

§. II. Eæ vero res, verba, ritus &c. pro superstitiosis habenda sunt, quæ ue ex suapte natura, neque ex supernaturali Dei ordinatione (quo benedictio- pertinent Ecclesiæ) vim ullam habent desideratum finem obtinendi; hoc ipso n, quod homo mediis improportionatis vimque nullam naturalem, aut super- ralem habentibus effectum ceu finem suum procurare studet, illum minime o veluti Authore naturæ, aut gratiæ, sed à malo Dæmone, qui omnibus occa- ibus perdendi hominis, & in suas casses perducendi indefesse invigilat, ta- petit exspectatque, ac vel ideo commercium cum Orco, & quandam familia- em exercet, taciteque paciscitur. Fines, quorum obtentu cœci mortales cum olo ex-vel implicite paciscuntur, totidem sunt, quot inordinati, ac prædo- ntes in illis furunt affectus, quos ope stygis explere cupiunt. Duo sunt, in

)(quos

quos SS. Canones præprimis detonant, videlicet *Divinatio*, quæ est nociva cu
sitas futura & occulta sciendi, & *Magia*, quæ desiderium & ars est mira efficien
aut re ipsa, aut apparenter per sensuum illusionem, ita ut putetur adesse, qu
revera non adest, & contra.

§. III. Qui divinationibus vacant, nigram suam artem per inspectionem
cujus corporis, puta terræ, aquæ, lapidis, astrorum, cadaverum, avium volanti
aut garrientium, cespidis &c. &c. passim exercere solent, unde nomina: *Geo - byd
mantæ*, *baurufspicis*, *auguris*, & alia, quæ in Can. *Igitur* I. Causa 26. q. 3. & 4. p
chro ordine leges, prodierunt. Qui Magiæ dediti sunt, alii materia, qu
versant, alii carminibus magicis, ignotis characteribus alii ad mira facienda utunt
Qui vero sensibus solum illudunt, *Præstigiatores*: qui proximo sua arte nocen
Malefici apellantur. SS. Canones omnes, qui cum styge quovis modo commu
cant, sortilegorum nomine comprehendunt.

§. IV. Divinationi affinis est vana & superstiosa observantia qua homi
ex casuali & fortuito enascente eventu de futuro rei cujusdam successu, felici
infelici temere arguunt. Exemplum ex van Espen. *p.* 3. *Jur. Eccl. Tit.* 4. *Ca*
n. 38 totidem illius verbis adscribimus, sic autem ille habet: *Hodie sat frequens e*
inter homines non vulgares est, qua creditur unus intra annum moriturus, si tredeci
mul in mensa accumbunt, secus si majore vel minore numero sint. Huc pertinent so
Sanctorum, ut vocant, quos antiqua simplicitas sortibus Virgilianis substituit,
innumeræ aliæ, quæ in superstitioso vulgo omnium Religionum dominan
Differt igitur a Divinatione vana observantia in duobus: *Primum*, quod sci
divinator superstitiosum signum, quo inspecto vaticinatur, ipse sibi ponat: a
rum, quod nudam rei futuræ aut occultæ, præsentis præteritæve cognitionem
fine habeat; vanus econtra observator signo sibi fortuito oblato utitur, & ad fu
rum quendam effectum e. g. mortem unius ex 13. commensalibus suam observa
nem dirigit. His prævie animadversis transimus ad inania argumenta, quibus
pra nominati, de quibus Bodinus in præfatione *de Magorum Dæmonomania* scri
quod eos Satanas inspiraverit, & subornaverit, ut in orbe, quæ de magis pr
cantur, veluti fabulosa somnia divulgent, hominibusque id ipsum persuad
satagant.

§. V. Primum Thomasius in citt. Thesibus §. 31. sequentibus profert: *D*
bolus nunquam assumpsit, nec assumere potest corpus, ergo non potest fædera corpora
inire, nec unquam corporaliter iniit &c. Falsitatem prioris propositionis plus
mio facta in SS. Codicibus consignata ostendunt. A Satana speciem visibilem
pentis referente deceptam fuisse Evam narrat Moyses *Gen.* 3. Et Christum
eodem tentatum refert Matthæus *Cap.* 4. Ad 1. ℞det Beckerus: Evam equid
a Dæmone malo seductam fuisse, modum vero, quo id factum sit, haud sibi c
stare. At Scriptura clare modum explicat, malum scilicet genium in visibilis
pentis forma intelligibili voce Evæ locutum ad prævaricationem illam induxi
Ad 2. reponit Thomasius seponenda esse præjudicia puerilia, quamvis hacte
a plurimis, qui debeant desiisse esse pueri, defensa: hoc est dicere: credi non
bet, Diabolum in corporea specie Christum tentasse. Deinde ait, verisimilius
vi

10|28|37

ri, per Satanam *Matth.* 4. intelligi hominem, uti & alibi in Scripturis fiat;
ous verbis alludit ad unicum textum 23. *Matth.* 16. Ubi Salvator Petro passem dissuadenti dixisse legitur: *Vade post me Satana, scandalum es mihi, quia sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum.* Nemo est interpretum, qui ne- in Scripturis Satanæ nomine Diabolum intelligi, & nonnisi per tropum, n præsenti textu, homini aliquando ob quandam similitudinem tribui. Quis eris hominibus Christo omnia regna mundi ostenderit, promiseritque? quis odem petere ausus sit, ut se adoret? quis ex eremo per aera translatum Christum r templi pinnaculum constituerit? Ludunt nimirum & eludunt Divinæ Scriptu- racula Beckerus ac Thomasius, quod Theistarum, ac Atheistarum facinus est.

§. VI. Alterum §. 32. in cit. Th. ita proponit Thomasius: *Si Diabolus pos- sumere corpus, falsa esset assertio Christi, quod spiritus non habeat carnem & ossa, & um foret argumentum, quo Christus voluit uti ad convincendos discipulos.* Pessimum hic masius Sophistam agit. Apostoli Corpus Christi post resurrectionem glorio- ob subtilitatem suam nunquam antea ullo sensu a se perceptam, pro spiritu rrore habuerunt. Christus Dominus errorem Discipulos dedocturus palpare us suum jubet dicens: *palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habent* 24. ℣. 39. quo convincere eos voluit per gloriam resurrectionis pristinum corpus carne & ossibus constans non fuisse sublatum, sed immutatum, ideo- se verum hominem esse, qui fuerat antea. Quid Thomasius ex verbis Christi t? Si spiritus malignus corpus assumeret, ille corpus ex carne, & ossibus actum evaderet, quo nihil absurdius cogitari potest, quodque hæresin Eu- anam sapit. Anima spiritualis hominis assumit corpus, carnem & ossa ha- , illudque informando hominem constituit; an propterea ipsa carnem & abet? spiritus increatus seu verbum divinum naturam assumpsit humanam, id circo desiit esse Deus, & spiritus, & in naturam conversus est humanam? insuper JCtus ille Halensis in eo, quod asserat, Cacodæmones vera sem- orpora; humana vel aliorum animalium assumere, rarius hoc fit. Corpora e aliaque materia molliore fabricata, quæ hominis aut alterius animalis ex- n solum speciem referunt, plerumque induere solent.

. VII. Tertium §. 33. sic sonat: *Non potest Diabolus turbare potentiam, & n naturæ invisibilis, ergo non potest corpus assumere, tempestates excitare, ho- per aera transferre:* Mira sane consecutio ex antecedente falsum suppo- contra veritatem deducta! tempestates in aere, terra, marique ex cau- uralibus oriuntur: dum autem fiunt, an ordo naturalis, & potentia univer- ræ invisibilis turbatur? minime. Fac etiam turbari: Diabolus vires causarum lium quovis sagacissimo homine melius perspectas habet, cur illas ita conjungere t, ut vi conjunctionis tempestates, aliique effectus naturales sequantur? Cer- t ille ignem depluere, quo Jobi greges absumti sunt: excitavit ventum, vehementia domus ejusdem eversa omnes liberos oppressit *Jobi* 1. Angelus Prophetam Habacuc capillis apprehensum ex Judæa in Babylonem cum messoribus præparato transtulit. Et cur spiritus malus non possit magos ias per aera vehere? quamvis non toties reipsa vehat, quoties ipsimet i fieri existimant.

§. VIII. Videtur hoc tertium Thomasii argumentum illud ipsum e
quod Beckerus hisce effert: *Angeli utpote spiritus non possunt agere in corpora:*
tur neque illa possunt assumere. Eo Beckerum, Thomasio ipso teste, corpusc
ria Philosophia præcipitem egit. Erroris illum mille convincunt facta. Spir
increatus naturam corpoream condidit, conservat & etiamnum movet, q
usque modo operatur Joan. 5. Anima hominis, qui spiritus est, corpus quod in
mat, vivificat, & quaqua versum movet. Spiritus Cœlicus occidit omne p
mogenitum in Ægypto *Exod.* 12. removet lapidem a sepulchro Christi *Matth.*
Orcinus contra spiritus puerum insedit, allisit, in terram volutavit, in ign
& aquam conjecit, & multum discerpsit *Marci c.* 9. Dæmonum legio porcor
gregem invasit, & in mare præcipitavit. *Matth. c.* 8. innumera alia mittim
An non hoc est in corpora agere? Ast negat Minister ille Hollandus a Dæm
bus recensita fuisse peracta: Verbum Dei illa facta Dæmonibus adscribit: ne
ille nihilominus, sed hac ipsa sua obstinatione sese, quis, qualisve sit, omni
manifestat. Redimus ad D. Thomasium.

§. IX. qui §. 34. argumentum quartum male sonans, & pessime ol
hisce affert: *Non cohærent, quæ boni homines de tanta potentia Diaboli in naturam*
visibilem garriunt cum aliis fabellis, eoquod possit crepitu ventris expelli &c. Cum
tem hoc genus exorcismorum præter suum Lutherum astruat alius nem
D. Thomasium cum hac objectione illuc remittimus.

§. X. Quinto loco ait §. 35. *Nullus effectus est, nullus usus fœderis diabol*
neque ex parte hominis, neque ex parte diaboli. Sed facilis est responsio. Ex pa
hominis est consecutio certi finis ab indomito affectu suggesti, qui vel est
bitio, vel expletio libidinis non quidem cum ipso semper Dæmone,
cum certis humanis personis, quas insanus amor deperit, aut pecunia certo q
stu & modo ope stygis obtinenda, ad quæ tria facile cæteras cum Dæmone
ciscentium intentiones reducere poteris. Ex parte Dæmonis autem est str
humanorum corporum & præcipue animarum, quas ex odio in Deum v
Leo rugiens devorare sine intermissione quærit, & amplificatio regni sui tarta
in quo Divinos sibi honores arrogat. Ast homines sine pacto stygio præd
finibus potiri possent? fallitur Thomasius: plurimis enim intenti finis conse
tio sine Dæmonis auxilio aut perquam difficilis, aut impossibilis est; fac et
non adeo difficilem, atque possibilem: malunt sæpe perversi homines illic
viis habere, quæ licitis queunt. Ita multi honesto labore victum sibi pa
haud difficulter possent, quam difficillimis, ac periculosissimis non raro fu
& fraudibus malunt.

§. XI. Sextum & postremum ex multis §. 36. conflat. I^mo^. enim non a
stultum putat esse Diabolum, ut pactum cum homine ineat, quod jam il
mancipium sit, qui voluptatis, avaritiæ, & ambitionis mancipium est.
mius ligatur, qui duplici tenetur vinculo, quam qui uno: nec tam facile
monis mancipatu elabitur, qui velut homo ligius sacramentum illi speciale d
quam qui cœco affectui seductionis aut ætatis vitio ad tempus duntaxat in
get: Magiæ addicti vel alio pacti obligati majori studio, & ex officio quo

nas orco lucrari satagunt, à quo cæteri flagitiosi suo tantummodo genio indul-
ges sæpissime abstinent. Vide § mox præced.

§. XII. Secundo ait: Dæmonem per Magos aliosque pactistas suos dam- dare fidelibus non posse: Infidelibus autem, & iis, qui vitam viventes tiosam ejusdem servi jam sunt, ut noceat (si tamen possit) frustra adhibere gos, cum id per se facere possit. Primum oppido falsum est, Dæmon Jobo que filiis probis atque fidelibus nocuisse plurimum scimus. Expetivit etiam, Discipulos Christi, Petrum præprimis cribraret sicut triticum *Luc.* 22. ℣. 37. ur fidelibus damna inferre valet. Potest quoque infidelibus & flagitiosis potiori, cum amplior illi a Deo detur in eos potestas. Durissimum est Dia- jugum: gaudet miseriis hominum, quas coacervat, ut in impatientiam, mura & blasphemias contra Deum, aliaque crimina pertrahat. Esto solus ia damna dare possit, volupe illi est, fidos sibi ministros in operis societatem re: imitatur Deum, qui tametsi omnia solus efficere in natura nullo possit tio, causarum nihilominus secundarum opera efficit longe plurima & fere ia.

§. XIII. Atque ista sunt Wieri glaucomata, quæ celebrem alias Thoma- sua facere non puduit. Reinaldus Scotus alia quædam super adjicit. 1*mum* missa Magia Dei opera e. g. excitatio tempestatum tribuerentur Diabolo. Diaboli per Magos efficiunt, Deus uni suæ omnipotentiæ non reservavit: ntur isti effectus ex causis plerumque naturalibus, quas Dæmones posito magico ita conjungunt, ut effectus desideratus (nisi Deus speciali modo im- at) sequatur necesse sit. *Secundum.* In V. T. nulla fit Sagarum & Mago- mentio, neque ulla a Christo sanata & reducta legitur. Primum est falsum, ex sequenti capite elucescet: alterum nihil evincit, nam etiam nihil legi- de hepaticis, pulmoniacis, aut podagricis a Christo persanatis, qui tamen bi existunt. *Tertium* Diabolus non habet corpus: igitur pacisci nequit. neque Deus corpus habet, qui tamen cum Israelitico populo inire pactum it & voluit: Cacodæmon corpus visibile potest admittere, id quod ad fœ- cum homine visibiliter pangendum sufficit.

CAPUT II.

Existentia pacti dæmoniaci invictis argumentis stabilitur.

Argumenta ex Catholicis Authoribus contra Wierum collegit D. Benedi- ctus Carpzov Lutheranus & præclarus JCtus *in sua nava practica rerum nalium parte* 1. *q.* 48. Primum & facile princeps sumitur ex authoritate Di- in SS. Scripturis, quæ frequenter Magorum meminerunt, quorum aliqui n Moyse mira patrarunt *Exod.* 7. Somnia interpretari solebant alii *Dan.* 2. uit Jeremias populum ne audiat Divinos, Somniatores, Augures & Malefi- Cap. 27. Quin necare maleficos ejusmodi jussit Deus *Exod. c.* 22. & *Levit.* 20. it igitur crimen nigræ Magiæ, & qui eidem addicti sunt, homines.

§. II. Assurgit Thomasius, & contra opponit: Magorum illorum neminem isse cum dæmone pactum, neque hujus Scripturam facere mentionem. Mira coram

coram Pharaone & præsente Moyse effecta fuisse opera Magiæ albæ, naturali
artificialis: Pœnam mortis Cœleste Numen non ob Magiæ Dæmoniacæ, sed Id
latriæ crimen statuisse. Parum aut nihil a blasphemiis istæ responsiones recedu
ita aperte Dei Verbum in sensum plane alienum impie detorquent. Ad 1.
ctum & commercium Magorum Ægypti cum nigro genio satis superque scrip
& ipsorum factorum natura manifestat. Nam *primo* dicitur *Exod.* 7. ℣℣. 11.
quod mutationes virgarum in colubros, & aquæ fluminis in sanguinem Magi
incantationibus effecerint: quid est autem omnium voce incantatio, quam
men, quo Dæmon ex prævio pacto ad producendum desideratum effectum in
catur? Deinde quando Magi in productione pediculorum à Diabolo sese dese
viderunt, omnes exclamarunt: Digitus Dei est hic. *Exod.* 8. ℣. 19. fassi, D
monis artes Dei virtute esse devictas. Denique quis unquam ante vel post te
pora Magorum Ægypti intra spatium unius aut paucorum momentorum ope M
giæ naturalis aut artificialis baculos in vivos serpentes, & aquam in præter
bente flumine ad multarum horarum spatia convertere novit?

§. III. Addimus: si Magorum mira neque a Deo, neque a Dæmone,
naturali arte producta fuere, igitur id ipsum de prodigiis a Moyse & Aar
patratis dici eodem jure poterit. Atque eo omnia horum hominum studia spe
re haud temere arbitramur, ut nimirum omnibus miraculis Divinis & operib
quæ præter communem ordinem a Dæmonibus per seipsos vel magos fiunt,
nihilum redactis, cuncta ad communes naturæ vires reducantur, sicque Th
mus ant Atheismus in orbe triumphet. Vix non id Thomasius confitetur, du
§. 16. *citt. Thes.* differentiam, quæ communiter de operibus super- præter- & n
turalibus, & inter Divinam & Diabolicam potestatem afferri solent, meras nug
& principiorum petitiones apellare non veretur.

§. IV. Alterum quoque falsissimum est, quod Deus *Exod.* 22. & *Lev.*
Magis non ob Magiæ, sed Idolomaniæ crimen mortis pœnam dictaverit.
utrumque textum! prior sic habet: *maleficos non patieris vivere*: posterior ita: *V*
sive mulier, in quibus pythonicus vel divinationis fuerit spiritus, morte moriatur, lapi
bus obruent eos. In neutro textu, neque in contextibus sermo ullus de Idololat
est. De Magia hos versus Rex Saul, qui non Idololatras (quos in regno suo n
habuit) sed dæmoni familiares Magos & Ariolos de terra erasit, atque Pytho
sam in Endor propterea in summas angustias conjecit 1. Reg. 28. ℣. 9. & Scriptur
Interpretes tam ex Rabbinis, quam ex SS. PP. intellexerunt ad unum omne
Hinc vanum est novum Thomasii effugium, confundi a nobis Magiam Diabol
cam cum Idololatrica; nam hæc illius species est; aliqui enim Magorum Diab
lum pro Deo suo insuper adorant, & ita simul Magi & Idololatræ sunt; hoc aute
non faciunt omnes: omnes vero pactis Cacodæmoni obligantur, & contra ille ist

§. V. Legi Divinæ congruunt gentilium mores, quibus sola ratione duce
orum haud pauci in sortilegos & arti Magicæ addictos capitis sententiam prot
erunt, ut legere est apud Platonem *L.* 11. *de LL.* Tacit. *L.* 2. *annal.* Val. Ma
L. 6. *c.* 3. Amian. *L.* 26. *Rer. gest.* Plutarch. *in Antaxerxe* & alios plures. Clam
pro Wiero Thomasius, commisceri quæstiones de existentia Magorum cum D

mo

pacifcentium, & de pœna Magiæ naturalis & artificialis: mores itidem
um cum jure naturæ commifceri. Aft futilis fane excufatio. Ex citatis fcri-
bus conftat, Perfas, Romanos, & nullos non alios populos pœnam a Magis
oniacis popofciffe, quorum exiftentiam & artes certis habebant experimen-
ploratiffima. Moratiores omnes gentes illæ erant, quam ut honeftæ fcien-
qualem fubtiliori Minervæ affuetæ Magiam naturalem effe noverant, ulti-
fupplicium decernerent. Mores illæ fuos congeniti fibi Juris naturæ Legi-
uffulciebant.

. VI. Sequuntur Llatores Civiles, qui & ipfi Veneficos & Magos capitis
ant §. 5. *I. de publ. Jud. L.* 13. *ff. ad L. Corn. de ficar. LL.* 3. 5. 6. 7. *C. de
& Mathem. Criminal. Carol. V.* Tria oggannit adverfarius. Leges de iis
nt, qui veneno occidunt, ad quod Diaboli ope opus non eft. Eædem nul-
e pacto Dæmoniaco mentionem ingerunt, fed tantummodo Augurum, Auru-
n & Aftrologorum fcilicet Judiciariorum. Denique Civiles Leges non ma-
ro exiftentia alicujus criminis civilis, ac cujuscunque alterius entis poffe
ri. Paris cum antecedentibus replicis iftæ funt furfuris; *Primam* enim &
dam manifeftæ falfitatis arguunt citt. LL., quæ veneficum i. e. occiforem ve-
claris verbis a Mago Dæmoniaco difcriminant, pœnasque fuas in eos, qui
cis artibus falutem hominum infeftant, pudicos animos ad libidinem defle-
divinant, elementa damno hominum & animalium turbant &c. &c., diri-
Hæc autem omnia fine pacto cum Dæmone ejusque adjutorio nulla ratione
poffunt; vi hujus enim luridiffimum hoc genus hominum fignum Magicum
Dæmone conventum, nullamque vim effectum producendi fuapte natura ha-
ponit, quo pofito Dæmon occulta manifeftat, fanat, nocet, aliaque opera-
Poftrema eft fummis Regnantibus maxime injuriofa, dum publica eorun-
le Magiæ exiftentia fides in communibus Legibus facta petulanter contemni-
llique infignis infimul imprudentiæ infimulantur, quafi publicas conftitue-
delictis quibusdam pœnas, quæ neque exiftunt, atque infuper neque exiftere
m poffint.

. VII. Succedunt SS. Canones *Caufa* 26. *q.* 5. & *CC. Ancyr. Tolet.* 4. *Agath.*
g. 4. *Anquirenfi* aliisque defumpti, & omnia fortilegia, quævis cum ftyge
ercia fub gravibus pœnis Eccl. profcribentes. Accedunt denique tot pro-
criminales in univerfa Europa adverfus Magos Sagasque Dæmoniacas olim
ti, quorum plurimis notiffimus Nicolaus Remigius Ducis Lotharingiæ Con-
s affedit. Canones Thomafio aniles fabulæ funt. Remigius homo illi fu-
iofus, & turpe Cleri Papiftici mancipium.

udica nunc B. L. an non hoc arguendi refpondendique genere, Diaboli, animæ
næ, quin Dei ipfius exiftentiam audaciffimus quisque negare poffet; dicet
Dæmon, Anima, Deus Spiritus effent; Spiritus autem in naturam corpo-
agere nequit. Scripturam, ubi de iis occurrit mentio in alium omnino fen-
etorquebit: Leges contemnet: Canones & CC. pro anilibus fabulis habebit:
unem omnium fenfum veluti fuperftitiofum & præjudicia a pueris male
deridebit. Atque illud demum eft, quo Diaboli, & Diabolicorum homi-
peræ potiffimum diriguntur.

POSI-

POSITIONES

EX JURE CANONICO PUBL. 1. *Persona summi Pontificis accusari non p*
2. *Ecclesiæ Christi competit Imperium merum.* 3. *Non tamen potestas in terras i*
lium, ut docet Hostiensis in Cap. 8. de Voto. 4. *Hinc nec per se, nec per Chris*
Principes infidelium invadere regiones potest præcise ob Idololatriam. 5. *Neque direc*
cogere ad suscipiendam Christi fidem. 6 *Judæi data semel fide recepti expelli sine caus*
queunt. 7. *Ex Pace Religiosa & Westph. frustra Religiosi apostatæ subsidium quæ*
quo minus repeti possint. 8. *Annatas Concilia Constantiense & Basil. nec non Conco*
Germaniæ justificant.

EX JURE PRIVATO AD LIBRUM V. DECRETALIUM. 1. *Si*
Jure D. & Eccl. probibita est. 2. *Ad banc constituendam sufficit etiam* munus
gua, *aut* munus ab obsequio. 3. *Ab eadem tamen remota sunt Jura stolæ, sti*
Missarum, redemptio Pallii &c. 4. *Leges Heterodoxorum libros probibentes, lice*
eodem quoad omnes rigore, in Germania obtinent. 5. *Procurare abortum fœtus an*
sicut & exponere infantem in loco solitario parricidalis immanitas est. 6. *Probab*
tamen licet fœminæ ad declinandam solo boc medio infamiam exponere sobolem in loco
7. *Qui liberi taliter expositi, si Parentes ignorantur, rectius babentur legitimi.* 8.
ellum propria authoritate susceptum nunquam licet. 9. *Illicitum pariter est occider*
lumniatorem. 10. *Licet contra mutilare aut occidere injustum aggressorem vitæ,*
brorum, & bonorum magni momenti servato moderamine inculp. tut. 11. *Pœna*
cidii voluntarii etiam simplicis capitalis est. 12. *Immunes ab irregularitate sun*
cite occidunt authoritate privata, secus si publica. 13. *Fornicatio etiam simplex*
gnat Juri D. & N. 14. *Prolem ex ea natam alere debet fornicator.* 15. *Verb*
Cap. 1. de adult. & stupro: Dotabit eam (*Stuprator*) & habebit uxorem: *su*
sunt in senu disjunctivo. 16 *Qui in extrema vel quasi extrema necessitate surripi*
alterius, nec culpæ, nec pœnæ subjacet. 17. *Neque illam postea, si in necessitate co*
ta fuerit, restituere tenetur. 18. *Usura stricte talis probibita est omni Jure.* 19.
nus stricta fit licita multis titulis v. g. periculo amittendæ sortis, statuto Magistratu
20. *Senat. Consult. Maced. filium familias pro utroque foro tutum reddit.* 21.
census re- & irredimibilis licita est. 22. *Pactum vero Antichreticum, Anatoci*
contractus Mobatra usuraria sunt.

PRÆSIDE

R. P. PETRO GALLADE, Soc. Jesu, SS. Theol. & SS. Canon. Doc
eorumque in Alma & Antiquissima Universit. Heidelberg. Professore
& Ordinario,

DEFENDET

IGNATIUS WINDISCH, ejusdem Soc. Ss. Theol. & Ss. Canon. Audito

Heidelbergæ in Aula Academica Novi Wilbelmiani

Die 18. Januarii 1764. Horis ab octava matutina consuetis.

Typis Joannis Jacobi Hæner, Typographi Aulico-Academici.